



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Novum Gratiae Prodigium: Sive Vita Venerabilis Matris,
Sororis Joannæ à Jesu Maria Monialis Præcipui D. Claræ
Coenobii In Bvrgos**

Ameyugo, Francisco de

Coloniæ Agrippinæ

Schema Compendiarivm V. Virginis Joannæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37120



SCHEMA COMPEN- DIARIUM V. VIRGINIS JOANNÆ.

Venerabilis Nobilisque ortu Virgo Joanna Rodriquez, seu, ut postmodum nuncupata fuit, Soror Joanna à JESU MARIA, sponsa JESU Christo fœdere sponsali cō-juncta, peculiaris filia Gloriosæ DEI Genitricis Mariæ, Virgo nupta, Virgo Vidua, ac demum omni perfectione consummata sanctimonialis D. Claræ; totis undeviginti cum septera mensibus annis, vixit insignita, visibilibus, cruentis, à Christo ei impressis, ac subinde multimodis probatis, approbatisque quinque vulneribus; tametsi ea in apposita illius effigie non luculenter exprimantur. Fuisse etq; etiam necesse eam è vulneribus illis, potissimū verò profundo illo lateris vulnere mortem oppetere, nisi omnipotentia suā DEUS eam in vita conservasset. Pari ratione à Cœlesti suo Sponso dignata est, similiter approbata atque à Christo per circuitum capitis impressis visibilibus, innumerisque coronæ spineæ stigmatibus. Ad hæc DEUS illi aliquando sublimissimam cognitionem suæ immensæ ac infinitæ Majestatis, bonitatisque infudit, alia verò ex parte gravissima Mortaliū scelera detexit, ita ut Sponsæ ejus præ doloris vehementia, ex divini Numinis offensa concepti, pulsantis seu micans cordis vena rupta sit, pectus illi dis-silierit, atque fons sanguinis cordis illius foras proruperit, & tantâ quidem abundantia, ut vestimenta illius perinde cotingerentur, ac si in fluente quopiam cruoris immersa fuissent. Hæc & alia plura exotica, vixque uspiam audita prodigia, Lector Christianus in præsentī Historia, cum ad voluptatem, animique oblectationem, tum ædificationem, etiam latè perscripta declarataque reperiet, Obijt pijsimè eadem Virgo anno de vextæ ætatis suæ 86. cum dimidio, Burgi in Castilia Anno 1650. 21. Augusti.

APPRO-

R III
30